59e ANNEE (6e SÉRIE) . No 24 16 JUIN 1949

L'AMI DU CLERGÉ

Paraît à Langres tous les jeudis

Mgr A. ROZIER
Protonotaire apostolique *ad instar participantium*
Directeur

Mgr F.-M. CATHERINET
Prélat de la Maison de Sa Sainteté
Codirecteur

ACTES DU SAINT-SIÈGE

(*Acta* no 11, du 26 octobre 1948)

Actes de S. S. Pie XII

I. ENCYCLIQUE « *In multiplicibus curis* » demandant des prières publiques pour obtenir la fin de la guerre en Palestine (24 octobre 1948). (Voir trad. franç. dans *Doc. Cath.*, 21 nov. 1948, col. 1473-1476).

II. CONSTITUTIONS APOSTOLIQUES. — 1o 31 janvier 1948. Erection d'un chapitre dans la cathédrale de *Puerto - Viejo* (Equateur). Il comprendra deux dignités : Doyen et Archidiacre, et quatre chanoines dont un Théologal et un Pénitencier. En raison des circonstances, le service choral ne sera obligatoire qu'à des jours de fêtes solennelles à fixer par l'évêque. — 2o 11 mars 1948. Erection du Vicariat apost. du *Chaco* du Paraguay, formé de territoires disjoints du diocèse de Conception et Chaco (Paraguay) et du vic. apost. du Chaco (Bolivie), confié aux Salésiens de Don Bosco. — 4o 9 avril 1948. Démembrement du vic. apost. de Pontianak, pour former la préfect. apost. de *Sintang* (Bornéo occidental), confiée aux Montfortains. — 4o 9 avril 1948. Erection en vic. apost. de la préfect. apost. de *Queenstown* (Afrique du Sud), confiée aux Pères de la Société pour l'Apostolat catholique (Pallotins). — 5o Même date. Une partie des vic. apost. du Transvaal et de Kimberley devient le vic. apost. de *Prétoria*, confié au clergé séculier.

III. LETTRES APOSTOLIQUES. — 1o 10 janvier 1945. Le Bx Martin de Porrès est proclamé patron de toutes les Œuvres de justice, au Pérou. — 2o 15 août 1946. Erection en basilique mineure de l'église N.-D. du Salut au château de Godio (Mantoue) ; — de l'église St-Martin, de Hal (diocèse de Malines). — 4o 15 décembre 1947. *Item* pour l'église Notre-Dame des Sept-Douleurs, à Maria Traferl, au diocèse de Sankt-Pœlten (Autriche). — 5o 13 août 1948. S. Joseph Calasanz est proclamé patron de toutes les écoles populaires chrétiennes.

IV. LETTRES du Pape. — 1o 30 janvier 1948. Au R. P. Boccella, Ministre général du T. O. régulier de S. François, à l'occasion du 5e centenaire de l'approbation pontificale par Nicolas V, et du premier Chapitre général. — 2o 20 juillet 1948. A S. Exc. Mgr Vachon, archevêque d'Ottawa, pour le centenaire de l'université de cette ville. — 3o 23 juillet 1948. A S. Exc. Mgr Béliveau, archevêque de St-Boniface (Canada), pour le centenaire de son diocèse et la prochaine consécration de sa cathédrale. — 4o 25 juillet 1948. Au card. Pla y Deniel, archevêque de Tolède, légat pontifical aux fêtes de St-Jacques de Compostelle, lors d'un pèlerinage des jeunes Espagnols. — 5o 8 décembre 1948. Au card. Caggiano, légat pontifical au Congrès des Œuvres d'éducation catholique d'Amérique, tenu à La Paz le 6 octobre 1948.

V. ALLOCUTION. — 29 septembre 1948. A M. Wladimir d'Ormesson, ambassadeur de France, lors de la présentation de ses lettres de créance (Texte français).

VI. MESSAGE radiophonique. — 6 octobre 1948. Aux fidèles réunis au Congrès des Œuvres d'éducation catholique, à La Paz (Texte espagnol).

S. C. de la Propagande

17 janvier 1948. — L'île de Wake est rattachée au vic. apost. de Guam qui dépend de la Délégation apost. des Etats-Unis.

S. C. des Rites

1o 1er février 1948, *Coutances et Avranches*. — Introduction de la cause de la servante de Dieu, Marthe Le Bouteiller. Née le 2 décembre 1816, à Percy (diocèse de Coutances), religieuse dans l'Institut des Ecoles chrétiennes de la Miséricorde, de Ste Marie-Madeleine Postel, elle mourut le 18 mars 1883.

2o 28 mai 1948, Vic. apost. de *Shien-Hsien*. — Introduction de la cause des RR. PP. Léon Ignace Mangin et Paul Denn, jésuites, Pierre Tchou, laïc, Anne Wang et de leurs compagnons, prêtres ou simples fidèles, mis à mort en haine de la foi, lors de la persécution des Boxers, en 1900.

(*Acta* no 12, du 21 novembre 1948)

Actes de S. S. Pie XII

I. CONSTITUTIONS APOSTOLIQUES. — 1o 6 mars 1948. Erection d'un chapitre dans la cathédrale de Manizales (Colombie) ; trois dignités : Doyen, Archidiacre, Trésorier, et sept chanoines. — 2o 13 mai 1948. La préfect. apost. de Lishui devient diocèse suffragant de Hangchow ; l'église de *Lishui* devient cathédrale. — 3o 13 mai 1948. La préfect. apost. de Makassar devient vic. apost. et reste confiée aux PP. du Cœur-Immaculé de Marie. — 4o Même date. La partie méridionale de la préfect. apost. de Nia-

mey (A.O.F.) devient la préfect. apost. de *Parakua*, et est confiée aux Missions Africaines ; la précédente est confiée aux Rédemptoristes. — 5° 19 mai 1948. L'abbaye de N.-D. de Montserrat, à Rio de Janeiro, est à nouveau érigée en abbaye *nullius*.

II. LETTRES APOSTOLIQUES. — 1° 15 août 1946. L'église Notre-Dame de l'Espérance, à Mézières (diocèse de Reims) est érigée en basilique mineure. — 2° 1er mai 1947. Le diocèse de *Suchow* est mis sous le patronage du Cœur-Immaculé de Marie. — 3° Même date. La collégiale Notre-Dame, de St-Jean de Lagos (diocèse de Gadalajara) est érigée en basilique mineure. — 4° 25 mars 1948. *Item* pour l'église Notre-Dame, de rite grec, de Mariapocs, au diocèse de Hajdudorogh (Hongrie).

III. LETTRES du Pape. — 19 septembre 1948. Au T. R. P. Janssens, Supérieur général des Jésuites et de l'Apostolat de la Prière.

IV. MESSAGE radiophonique. — 31 octobre 1948 Au Congrès eucharistique national du Brésil, à Porto Alegre. (Texte portugais).

V. ALLOCUTION. — 11 novembre 1948. Aux membres du Congrès fédéraliste européen, à Rome. (Texte français. Nous reproduirons un des passages principaux dans la *Prédication*).

Saint-Office

DECRETUM

PROSCRIPTIO LIBRORUM

Feria IV, die 27 octobris 1948

In generali consessu Supremæ Sacræ Congregationis S. Officii Emi ac Revmi DD. Cardinales rebus fidei et morum tutandis præpositi, præhabito RR. DD. Consultorum voto, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandarunt *Opera omnia*[1] a JOANNE PAULO SARTRE conscripta.

Et sequenti Feria V, die 28 ejusdem mensis et anni, Ssmus D. N. Pius Divina Providentia Pp. XII, in solita Audientia Excmo ac Revmo D. Adsessori Sancti Officii concessa, relatam Sibi Emorum Patrum resolutionem adprobavit, confirmavit et publicari jussit.

Datum Romæ, ex Ædibus Sancti Officii, die 30 octobris 1948.

Petrus Vigorita, *Notarius*.

S. C. des Rites

1° 23 mai 1948, *Bordeaux*. — Approbation des miracles pour la canonisation de la Bse Jeanne de Lestonnac. (Cette canonisation a eu lieu, le 15 mai 1949).

2° 28 mai 1948, *Acqui* et *Asti*. — Introduction de la cause du serviteur de Dieu, Joseph Marello, évêque d'Acqui. Né le 26 décembre 1844, à Turin, prêtre le 19 septembre 1860, fondateur des oblats de S. Joseph, évêque d'Acqui en 1889, il mourut subitement à Savone, le 30 mai 1895.

[1] Jean-Paul SARTRE est né à Paris, le 21 juin 1905. Premier à l'agrégation de philosophie en 1928, il est professeur de philosophie au lycée Jeanson-de-Sailly. Il est surtout connu par ses doctrines « existentialistes » publiées dans des ouvrages philosophiques, et dans des essais, ou portées au théâtre. Sur ces doctrines, voir l'*Ami*, 24 mars 1949, p. 184-188. On trouvera une liste de ses principaux ouvrages dans la *Doc. Cath.*, 2 janvier 1949, col. 6, note.

(*Acta* n° 13, du 23 décembre 1948)

Actes de S. S. Pie XII

I. CONSTITUTIONS APOSTOLIQUES. — 1° 7 mars 1948. Une partie du diocèse de Chachapoyas (Pérou) devient la prélature *nullius* de Moyobamba. — 2° 13 mai 1948. Le vic apost. du Haut-Nil est démembré ; une partie devient le vic. apost. de *Kampala*, confié aux missionnaires de St-Joseph de Mill Hill ; l'autre partie, confiée aux mêmes missionnaires, aura son siège à *Tororo*. — 3° 10 juin 1948. La préfect. apost. de Ghardaïa (Sahara) devient vic-apost. — 4° Même date. La préfect. apost. de Montana (Philippines), confiée aux Pères de Scheut, devient vic. apost.

II. LETTRES APOSTOLIQUES. — 1° 15 mai 1947. Notre-Dame des Grâces (« N.-D. de Montenero ») est proclamée patronne de la Toscane.

2° Erections de basiliques mineures : *a*) 7 avril 1948. Eglise Ste-Marguerite, à *Brevnov* (Tchéco-Slovaquie) ; *b*) 21 avril 1948. Eglise Note-Dame, à Valence (Espagne) ; — *c*) 2 mai 1948. Cathédrale St-Bavon, à Harlem (Hollande).

III. LETTRES du pape. — 1° 1er décembre 1947. Aux card. Frings, archevêque de Cologne, Faulhaber, archevêque de Munich, Von Preysing, évêque de Berlin, et aux autres évêques allemands, en réponse à la lettre de la conférence des évêques d'Allemagne à Fulda. — 2° 3 octobre 1948. Au card. de Barros Camara, archevêque de Rio de Janeiro, légat au Ve Congrès eucharistique du Brésil, à Porto Alegre. — 3° 15 novembre 1948. Au card. Fossati, archevêque de Turin, pour ses vingt-cinq ans d'épiscopat.

IV. ALLOCUTIONS. — 1° 25 novembre 1948. Aux RR. PP. Capucins.

ALLOCUTION

Aux RR. PP. Capucins réunis à Rome en un Congrès pour le développement de l'Apostolat (25 novembre 1948)

Caritatis debitum, quo erga omnes astringimur, jam dudum optavimus vobis quoque, dilectissimi Nobis Franciscales Capulati, aliquo modo solvere. Id enim deposcit benevolentia, qua vos prosequimur, bona flagitat æstimatio in vos inque vestra, quam animo Nostro veluti insitam et inhærentem sentimus ; nec volumus hac in re inferiores esse Decessoribus Nostris, qui vobis multopere faverunt, exempli gratia Clemente VII, qui ortui vestro arrisit, Gregorio XIII, qui vos etiam trans Italiæ fines progredi et expandi sivit, Paulo V, qui vos vestri juris fecit, Urbano VIII, qui vestra instituta et leges perfecit et rata habuit, Leone XIII, qui multimodis incrementa vestra provexit.

Vehementer igitur lætamur, quod nunc obicitur Nobis occasio vos alloquendi, vobis studiosam voluntatem Nostram patefaciendi, cum ipsi etiam e dissitis regionibus, lectissima cohors, Romam petistis, ut ex ferme universis Ordinis vestri provinciis conventum agatis, de rebus magnis ponderis et momenti ad vitam et actionem vestram attinentibus tractaturi.

Innovato, vel potius expergefacto spiritu et afflatu Instituti vestri, nova vultis moliri incepta, immutatis temporis adjunctis et necessitatibus congruentia.

Hoc enim religiosis viris summopere cordi esse debet, ut ævum, quo vivunt, evangelica imbuant sanitate et gratia, homines suæ ætatis aptis rationibus et viis Christo lucrifaciant. Hisce consiliis quid optabilius, hisce operibus quid salutarius ? Fieri non potest, quin hujusmodi placita rata habeamus.

Novarum et veterum rerum conjunctio ipsa lege vitæ requiritur, ut vita semper sit eadem itidemque sit semper actuosa. Hac de causa integre et accurate servanda est ea religiosæ vitæ forma, quam ut colatis et asseratis in Ecclesia orti estis. Quod profecto gloriosi patres vestri sibi et sodalibus suis etiam postfuturis proposuerunt, summa contentione tuendum, est evangelica paupertas, ad Assisinatis Patriarchæ præceptum et exemplum excolenda. Quanta malorum colluvies ab exsecranda divitiarum siti existit : hinc bella, seditiones, fames, morum labefactatio, eversiones. Letales item corruptelas gignit inordinatum inter eos discrimen, qui nimis sunt locupletes, et eos qui miseria et inopia tabescunt. Huic calamitati et corruptioni mirabile remedium est evangelicæ paupertatis exemplum : hæc est comes a Deo præceptæ operositatis, virtutum amica, magistra populorum, præsidium et decus Christi regni, melioris spei fidissima servatrix. Ejus nobile vexillum manibus vestris commissum est ; intaminatum illud tenete. Dedecet eam fuco et fallaciis verborum profiteri, re autem conterere.

Potest contingere, ut singula religiosa Instituta, incrementa auctusque suscipientia, aliis et amplioribus indigeant sedibus. Quod fas est perficere, æqua tamen mensura et temperatione servata. Ne igitur ea, quæ ex habitu et vestitu nitida paupertas elucet, in sumptuosis domibus et exquisitis suavitatibus et commodis vitæ misere obscuretur, neve cum verbis facta repugnent.

Parili autem studio, quo vobis in externis rebus honesta paupertas est diligenda, intimæ vitæ veri nominis opes sunt cumulandæ, spiritales divitiæ sunt vobis acquirendæ : in Deum et proximos amor, pœnitentiæ laus, sacrarum doctrinarum notitia, amplificandi Christi regni flagrantissima vota. Vestrum est simplicitate morum, bonitatis candore, lætitiæ sanctæ nitore lucere et humiles humilibus in divinorum munerum perfunctione deservire, ac præsertim tenuiores, quos nunc mali tot malis artibus sibi devincire conantur, diligere et juvare.

Præcipuum nempe ornamentum vestrum christiana sit humilitas, quæ, benignitatis et bonitatis socia, sapienter vincere et vincire homines valet. Incolunt ii imperviam umbram, quam ad eos capiendos introire difficillimum est. Humilitati patent humana secreta, ipsi soli servantur pulchro triumpho celebrandæ victoriæ. Tali victrici virtute mire fulserunt sancti cælites, qui ex vobis bene multi prodierunt, ut Felix Cantalicensis, Laurentius Brundisinus, Josephus Leonissensis, Fidelis Sigmaringensis, Conradus Parzhamensis.

Ite igitur et nova, quæ religiosam vestram professionem addecent, ut everso sæculo succurratis, prisca virtute aggredimini, seraphicæ caritatis intus alitæ, foris ostensæ, diligentissimi cultores. Quid pretiosius caritate, qua divites alios debetis ditare ? Considerationi ac meditationi vestræ proponimus pulcherrimas has S. Bernardi sententias : « O bona mater caritas, quæ sive foveat infirmos, sive exerceat provectos, sive arguat inquietos, diversis diversa exhibens, sicut filios diligit universos. Cum te arguit, mitis est ; cum blanditur, simplex est ; pie solet sævire, sine dolo mulcere ; patienter novit irasci, humiliter indignari ; læsa non provocatur, spreta revocat. Ipsa est enim hominum mater et angelorum » [1].

Vobis lætis, expeditis nec sarcina gravatis, caritatis canticum concinendum est voce et opere. Nec desinetis laudare, si in virtute non destiteritis progredi. « Cantat Deo, qui vivit Deo ; psallit nomini ejus, qui operatur in gloriam ejus » [2].

Quamvis hæc hortamenta vobis opus non sint, quos quidem in vestris obeundis officiis sollertes novimus, attamen pro benevolentiæ affectu, quo in vos ferimur, hæc ad vos monita adhibere voluimus, cum multum in vobis spei et expectationis collocemus. Quæ ut ad vota Nostra cumulatæ impleatur, vobis et inceptis vestris præsentem cælestis gratiæ opem devocamus. Hujus demum pignus et auspex Apostolica est Benedictio, quam vobis adstantibus et sodalibus vestris cunctis perlibenter in Domino impertimus.

On trouvera la traduction de ce document, et celle de la lettre au R. P. Milwaukee (cf. ci-dessous, p. 375) dans la *Doc. Cath.* du 13 février 1949, ainsi qu'un « témoignage » sur la Mission de Paris.

2° 4 décembre 1948. — A S. Exc. M. A. Paternotte de la Vaillée, ambassadeur de Belgique, lors de la présentation de ses lettres de créance. (Texte français). — 3° 12 décembre 1948. A S. Exc. M. Ruiz-Giménez Cortès Joachim, ambassadeur d'Espagne, dans la même circonstance. (Texte espagnol). — 4° 15 décembre 1948. A S. Exc. M. L. Einaudi, président de la République italienne, en visite officielle au Vatican. (Texte latin).

S. C. des Rites

1° 11 juin 1948, *Brescia.* — Décret *de Tuto*, pour la canonisation de la Bse Vincentia Gerosa, vierge, fondatrice des Sœurs de Charité de Luere.

2° 26 juillet 1948, *Milan.* — Décret sur l'héroïcité des vertus du Vén Bathélemy Canale, Barnabite (1605-1681).

(*Acta* n° 1, du 31 janvier 1949)

Actes de S. S. Pie XII

I. MESSAGE RADIOPHONIQUE. — *Le 24 décembre 1948, veille de Noël, le Saint-Père a adressé, en présence des Cardinaux, évêques et prélats de la Curie, un message au monde.*

« *Confirma fratres tuos* » ; cette consigne du Christ à S. Pierre, le Pape « en éprouve... la force avec une émotion et une intensité particulièrement vives ».

En conséquence, il rappelle « à tous ceux qui se glorifient du nom de chrétiens catholiques, un double devoir sacré :

— 1° Une inébranlable fidélité au patrimoine de vérités que le Rédempteur a apporté au monde.

— 2° L'accomplissement consciencieux du précepte de la justice et de l'amour, présupposé nécessaire pour le triomphe sur la terre d'un ordre social digne du divin Roi de la paix. » (Texte italien ; — voir trad. franç. dans *Doct. Cath.*, 16 janvier 1949, col. 65-74).

II. CONSTITUTIONS APOSTOLIQUES. — 1° 15 juillet 1948. La province de Los Rios est détachée du diocèse de Guayaquil (Equateur) et devient le vic. apost. de *Los Rios.* — 2° 17 juillet 1948. Une partie de l'archidiocèse d'Edmonton forme le nouveau diocèse de *St-Paul en Alberta* (Canada) ; la cathédrale sera l'église de *St-Paul*, dédiée à l'Apôtre. Le nouveau diocèse est suffragant d'Edmonton.

III. LETTRES APOSTOLIQUES. — Erections de basiliques mineures : 1° 25 avril 1946. Eglise N.-D. de l'Assomption, à *Gallarate* (diocèse de Milan) ; — 2° 24 mai 1948. Cathédrale de *Caltagirone* (Sicile), dédiée à St-Julien du Mans ; — 3° 23 septembre 1948. Eglise Saint-Jean-Baptiste de *Lecce* (Italie).

[1] S. Bernardi, *Tractus de caritate*, cap. V, n. 27 ; Migne, *P. L.*, t. 184, col. 597.

[2] S. Augustini, *Enarrat. in Ps.* LXVII, n. 5 ; Migne, *P. L.*, t. 36, col. 814.

IV. LETTRES du Pape. — 1° 11 juillet 1948. Au R. P. Matteo Crawley-Boevey, apôtre de l'Intronisation du Sacré-Cœur, pour ses noces d'or sacerdotales. — 2° Aux professeurs et élèves de l'université de Nimègue (Hollande). — 3° 20 novembre 1948. Au card. Suhard, archevêque de Paris, pour ses noces d'or sacerdotales. — 4° 11 janvier 1949. A l'épiscopat de Hongrie, après l'arrestation du cardinal Mindszenty.

S. C. Consistoriale

Excommunication contre ceux qui ont arrêté le cardinal Mindszenty

DECLARATIO

Cum nuper in Emum P. D. Josephum S. R. E. Cardinalem Mindszenty, Archiepiscopum Strigoniensem, quidam violentas manus sacrilege injicere et Ejusdem exercitium jurisdictionis ecclesiasticæ impedire ausi fuerint, Sacra Congregatio Consistorialis eos omnes qui memorata delicta patraverunt, ad normam can. 2343, § 2 et 2334 n. 2 Codicis Juris Canonici, in excommunicationem Sedi Apostolicæ speciali modo reservatam incurrisse atque ipso jure infames esse declarat.

Datum Romæ, die 28 decembris a. 1948.

Fr. ADEODATUS I. Card. PIAZZA, *a Secretis*.
B. Renzoni, *Adsessor*.

S. C. pour l'Eglise Orientale

DECRETUM

DE ABSTINENTIÆ ET JEJUNII LEGE OBSERVANDA

Cum adversa rerum adjuncta, quæ legem abstinentiæ et jejunii mense Decembri a. D. 1941 relaxandam suaserunt, fere ubique aliquantum remissa sint, adveniente propitio Anni Sancti tempore, pluribus postulantibus Excellentissimis Ordinariis, visum est saltem ex parte lex ipsa restauretur.

Quapropter Sanctissimus D. N. Pius D. P. Pp. XII decernere dignatus est pro omnibus fidelibus orientalis ritus, etiam pertinentibus ad Ordines et Congregationes Religiosas, facultatem Ordinariis concessam super prædictam legem dispensandi ita coarctari ut, a prima die proximæ *Magnæ* Quadragesimæ et donec aliter provideatur, abstinentiæ et jejunii lex servetur « *si et prout viget in singulis ritibus* » his diebus :

I. *Abstinentia :* singulis feriis sextis ;
II. *Abstinentia et jejunium :*
1) prima die Magnæ Quadragesimæ ;
2) feria sexta Majoris Hebdomadæ ;
3) pervigiliis Nativitatis D. N. I. C. ; vel, pro fidelibus byzantini ritus, pervigiliis Epiphaniæ D. N. I. C. ;
4) pervigiliis Assumptionis B. M. V. ;

benigne tamen indulgens ut diebus abstinentiæ simul et jejunii Excmi Ordinarii ova et lacticinia etiam mane et vespere permittere valeant.

Locorum autem Ordinarii, qui nova hac legis abstinentiæ et jejunii moderatione utuntur, fideles hortari ne omittant, præsertim clericos, religiosos et religiosas, ut gravissimis hisce temporibus voluntaria christianæ perfectionis exercitia nec non caritatis opera, maxime erga inopes et ægrotos, libenter addant, itemque ad mentem Summi Pontificis preces effundant.

Datum Romæ, ex Ædibus Sacræ Congregationis pro Ecclesia Orientali, die XXVIII mensis januarii, a. D. MCMIL.

EUGENIUS Card. TISSERANT, *a Secretis*.
† Valerius Valeri, *Adsessor*.

S. C. du Concile

Rétablissement partiel de la discipline du jeûne et de l'abstinence

DECRETUM

DE ABSTINENTIA ET JEJUNII LEGE OBSERVANDA

Cum adversa rerum adjuncta, quæ legem abstinentiæ et jejunii mense Decembri a. D. 1941 relaxandam suaserunt, fere ubique aliquantum remissa sint, adveniente propitio Anni Sancti tempore, pluribus postulantibus Excellentissimis Ordinariis, visum est saltem ex parte lex ipsa restauretur.

Quapropter Ssmus Dominus Noster Pius divina Providentia Pp. XII decernere dignatus est pro omnibus fidelibus ritus latini, etiam pertinentibus ad Ordines et Congregationes Religiosas, facultatem Ordinariis concessam super prædictam legem dispensandi ita coarctari ut, a prima die proximæ Sacræ Quadragesimæ et donec aliter provideatur, abstinentia servetur singulis feriis sextis ; lex vero abstinentiæ simul et jejunii feria quarta Cinerum, feria sexta Majoris Hebdomadæ, pervigiliis Assumptionis B. M. V. et Nativitatis D. N. I. C. ; benigne tamen indulgens ut diebus abstinentiæ simul et jejunii ova et lacticinia etiam mane et vespere ubique sumere liceat.

Locorum autem Ordinarii, qui nova hac legis abstinentiæ et jejunii moderatione utuntur, fideles hortari ne omittant, præsertim clericos, religiosos et religiosas, ut gravissimis hisce temporibus voluntaria christianæ perfectionis exercitia nec non caritatis opera, maxime erga inopes et ægrotos, libenter addant, itemque ad mentem Summi Pontificis preces effundant.

Datum Romæ, die 28 januarii 1949.

F. Card. MARMAGGI, *Præfectus*.
F. Roberti, *a secretis*.

S. C. de la Propagande

1° 8 juillet 1948. Le vic. apost. de Lulua et Katanga prend le nom de *Lulua*.

2° DECRET *concernant les clercs européens émigrant en Australie et en Nouvelle-Zélande.*

DECRETUM

DE CLERICIS EX EUROPÆIS DIŒCESIBUS IN AUSTRALIAM VEL NOVAM ZELANDIAM DEMIGRANTIBUS

Ad tuendam disciplinam ecclesiasticam in ditione Australiæ et Novæ Zelandiæ huic Sacræ Congregationi de Propaganda Fide, ob præsentis temporis rerum adjuncta, opportunum visum est ea, quæ sequuntur, statuere :

Clerici sæculares vel religiosi exclaustrati, durante exclaustrationis tempore, et religiosi sæcularizati, qui ex Europæ diœcesibus memoratas regiones qualibet ex causa, etiam ad breve tempus, adire cupiant, stricte tenentur ab hac eadem Sacra Congregatione de Propaganda Fide permissionem in scriptis datam obtinere. Quod si, hoc præscripto non servato, demigraverint, suspensi a divinis ipso facto manebunt.

Ordinarii locorum Australiæ et Novæ Zelandiæ curent ut præscripta, de quibus supra, adamussim observentur.

Pro clericis vero Nationum, quæ in Europa lingua anglica utuntur, sufficit ut Episcopus dimittens, antequam licentiam et discessoriales litteras concedat, directe, ad normam sacrorum canonum, quin ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide recurrat, cum Episcopo acceptante pertractet.

Quæ, in Audientia diei 21 mensis octobris vertensis anni 1948 Ssmo D. N. Pio Div. Prov. Papæ XII ab infrascripto Cardinali Præfecto S. Congregationis

de Propaganda Fide relata, Summus Pontifex rata habuit ac confirmavit atque præsens ad rem Decretum expediri jussit.

Datum Romæ, ex Ædibus Congregationis de Propaganda Fide, die 21 mensis octobris anno Domini 1948.

P. Card. FUMASONI BIONDI, *Præfectus*.

† Celsus Costantini, Archiep. tit. Theodos., *Secretarius*.

S. C. des Rites

1° 25 juin 1948, *Lwow*. — Reprise de la cause de Bx Jean de Dukla, franciscain († 29 septembre 1484).

2° 25 juin 1948, *Cracovie*. — Reprise de la cause du Bx Simon de Lipnica, franciscain (†15 août 1482).

3° 19 décembre 1948, *Bourges*. — Décret sur les miracles retenus pour la canonisation de la Bse Jeanne de Valois, reine de France et fondatrice d'un ordre d'Annonciades.

(*Acta* n° 2, du 25 février 1949)

Actes de S. S. Pie XII

I. CONSISTOIRE. — Le 14 février 1949, au Vatican, eut lieu un Consistoire secret où le Pape prononça l'allocution suivante, protestant contre l'odieuse condamnation du card. Mindszenty.

VENERABILES FRATRES

In hoc sacrum extra ordinem Consistorium hodierna die vos convocavimus, ut animum Nostrum acerrimo mærore oppletum vobis aperiremus. Cujus quidem mæroris causam putamus facile patere vobis : agitur nempe de gravissimo facinore, quod non modo amplissimum Collegium vestrum, non modo Ecclesiam universam, sed quotquot etiam sunt humanæ dignitatis humanæque libertatis adsertores miserandum in modum offendit. Quamobrem, vixdum novimus Dilectum Filium Nostrum Josephum S. R. E. Card. Mindszenty, Archiepiscopum Strigoniensem, debita augustæ religioni reverentia poshtabita, temerarie fuisse in carcerem coniectum, datis ad Venerabiles Fratres Hungariæ Archiepicopos et Episcopos amantissimis litteris, illatam Ecclesiæ injuriam, ut officii conscientia imperabat Nobis, publice solemniterque expostulavimus.

Hodie vero dum res eo usque deducta est, ut ad extremum dignissimi hujus Præsulis dedecus devenerit, qui quidem ut reprobus in ergastulum datus est, facere non possumus quin solemnem ejusmodi expostulationem vobis coram iteremus. Ad id Nos movent imprimis sacra religionis jura, quibus adserendis vindicandisque strenuus hic sacrorum Antistes impavido fortique pectore diuturnam dedit operam ; ac præterea unanimus etiam liberarum gentium liberorumque populorum consensus, qui verbis scriptisve, ad iis quoque editis, qui publica auctoritate fruuntur, ac vel ab iis, qui catholicam non amplectuntur fidem, latissime in luce solis patuit.

At non in plena luce solis, ut nostis, hujus Præsulis causa peracta fuit, de avita religione de christianisque redintegrandis moribus optime meriti. Notitiæ siquidem perlatæ sunt, quæ initio animos anxietate quadam affecere ; qui enim ex exteris Nationibus petiere ut in Hungariam se conferrent, ubi præsentes hujus actionis cursum cernere possent, si quovis modo videbantur rem serena mente fore judicaturi sincereque renuntiaturi, talem tulerunt repulsam, quæ in eos non solum, sed in ceteros etiam cordatos rectosque viros opinionem induceret causam Budapestini pertractari, quam qui agerent, timere viderentur ne palam aperteque ab omnibus dignosceretur. At justitia, quæ reapse hoc nomine dignanda sit, non a præjudicatis opinationibus proficitur, non præstituta jam sententia nititur, sed liberam sponte exoptat disceptationem, ac debitam unicuique cogitandi, credendi loquendique facultatem tribuit.

At quamvis res nec tuto cognitæ, neque aperto plenoque modo renuntiatæ fuerint, putamus tamen mentionem de judicio prætermittere non posse, quod omnes civili cultu ornati homines hac super causa dedere : præsertim de nimis rapido actionis cursu, qui facile in animos suspicionem induxit ; de accusationibus captioso artificio instructis, ac de physica hujus Antistitis condicione, quæ quidem sine arcanis impulsionibus, quas non fas est declarare, intellegi non potest ; quandoquidem vir strenua adhuc fortitudine ex natura suaque vitæ actione pollens, tam debilis ac mente vacillans improviso apparuit, ut ejus agendi ratio accusationem non in semetipsum, sed adversus ejus accusatores condemnatoresque statuere videretur.

Hisce autem in rebus omnibus hoc unum præclare patet : in id nempe potissimum judicialem actionem contendisse ut Catholica Ecclesia in Hungaria perturbaretur, ea nimirum ratione, de qua Sacra Scriptura loquitur : « Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis » [1].

Dum igitur Nos hoc tristissimum eventum dolentes reprobamus ac publicæ opinionis ipsiusque historiæ tribunali quasi dijudicandum committimus, rem facimus, quam et violata Ecclesiæ jura et ipsa humanæ personæ dignitas omnino postulant.

Ac peculiari modo hoc etiam declarandum putamus, esse nempe omnino a veritate alienum quod in hujus actionis decursu asseveratum fuit : hoc est universam causam, de qua actum est, ex eo pendere quod Apostolica hæc Sedes, ob politicæ in populos dominationis consilia ac nisus, jussa ac mandata ediderit Hungarorum Reipublicæ ejusque moderatoribus adversandi ; atque adeo rem omnem in eamdem recidere Apostolicam Sedem.

Norunt enim omnes Catholicam Ecclesiam non terrenis rationibus duci, sed quamlibet admittere Civitatis gubernandæ formam, dummodo divinis humanisque juribus non repugnet. Quodsi repugnet, sacrorum Antistites ac christifideles omnes ex sua ipsorum officii conscientia debent injustis legibus obsistere.

In hisce autem, Venerabiles Fratres, rerum angustiis non defuere Nobis a misericordiarum Patre [2] superna solacia, quæ dolorem mitigarent Nostrum. Ea imprimis ex tenaci catholicorum Hungarorum fide profiscuntur, qui quidem, etsi in impedissimis rebus constituti, quidquid possunt efficiunt, ut avitam religionem tueantur, ac priscos decessorum suorum fastos renovent ; itemque ex ea firmissima fiducia, quam paterno fovemus animo, fore ut Hungariæ Episcopi plena semper concordia sollertique opera enitantur Ecclesiæ libertatem defendere, christifidelium unitatem omni ope confirmare, eosdemque in eam spem erigere, quæ cum e Cælo oriatur ac divina alatur gratia, nec miseris, nec injustis hujus vitæ casibus restingui, vel debilitari potest.

Atque ejusmodi superna solacia ex vobis etiam, Venerabiles Fratres, obvenerunt Nobis ; vos enim

[1] Matth., 26, 31.
[2] Cfr. II Cor., 1, 3.

vidimus, Nobis in hoc rerum discrimine devinctissimos, Nostrum participare mærorem ac Nostris vestras conjungere preces ; parique modo ex ceteris quoque totius terrarum orbis Patribus Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, qui una cum clero et populo cujusque suo flagrantissimas ad Nos dederunt litteras, vel telegraphicos nuntios, quibus et injuriæ notam Ecclesiæ inustam conquerendo reprobarunt, et admovendas Deo privatim, publice supplicationes polliciti sunt.

Id ut omnes facere ne desistant vehementer optamus ; quotiescumque enim catholica res tam gravibus jactatur tempestatibus, ut eas humana facultas evincere ac superare nequeat, ad Divinum est Redemptorem fidentibus animis confugiendum, qui unus potest tumescentes sedare fluctus, ac tranquillam reducere serenitatem. Potentissimo igitur interposito Deiparæ Virginis patrocinio, a Deo omnes precando contendamus, ut qui insectationes carceres vexationesque patiantur, necessario divinæ gratiæ rore christianæque virtutis robore confirmentur ; qui vero Ecclesiæ libertatem humanæque conscientiæ jura conculcare temerario ausu enitantur, tandem aliquando intelligant civilem quamlibet consortionem, sublata religione ac quasi in exsilium exacto Numine, consistere numquam posse. Augusta enim solummodo religio potest civium officia ac jura justa ratione temperare, rei publicæ solidare fundamenta, atque hominum mores salutiferis normis conformare et ad rectum ordinem virtutemque dirigere. Quod summus Romanorum orator asseverabat : « Vos, Pontifices... diligentius urbem religione, quam ipsis mœnibus cingitis » [3], id, cum de christianis præceptis christianaque fide agitur, tam verum certumque est, quam quod maxime. Hoc igitur agnoscant omnes, qui publicæ rei gubernacula moderantur ; atque adeo debita ubique restituatur Ecclesiæ libertas, ita quidem ut eadem, nullis præpedita repagulis, salutari sua doctrina queat hominum mentes collustrare, juventutem recte instituere et ad virtutem educere, domesticos consecrare convictus, omnemque permeare hominum vitam. Qua profecto ex actione civilis societas nullum umquam detrimentum patietur, sed summam assequetur utilitatem. Tum enim reapse, Venerabiles Fratres, socialibus mutuisque rationibus justitia æquitateque compositis ; elatis, ut oportet, indigentium condicionibus atque ad humanam dignitatem restitutis ; sedatis denique tandem discordiis tranquillatisque fraterna caritate animis, meliora tempora — quod vehementer optamus, ac supplici poscimus prece — cunctis populis ac gentibus feliciter orientur.

Hæc habebamus, Venerabiles Fratres, quæ vobiscum hoc in amplissimo consessu communicaremus ; vobiscum dicimus, qui Nobis tam prope in universa gubernanda Ecclesia assidetis, sedulam prudentiam sollertemque impertientes operam vestram.

II. LETTRES DECRETALES. — 22 juin 1947. Canonisation de S. Bernardin Realino, S. J., confesseur dont la fête est fixée au 2 juillet.

III. EXHORTATION APOSTOLIQUE. — 11 février 1949. A tous les archevêques, évêques et autres Ordinaires en communion avec le Siège Apostolique, demandant la *célébration d'une messe votive en expiation du crime de haine contre Dieu.*

PIUS PP. XII

Conflictatio bonorum et malorum, quorum semper commixtis moribus factisque humani generis historia contexitur, raro, ac fortasse numquam, ita cruduit, ut nostra contigit ætate.

Si Nos, quoquoversus ex hac Vaticana arce terrarum orbem conspicimus, habemus sane, cur admiratione et gaudio cumulemur, dum bonorum phalanges virtutibus splendere intuemur, quæ priscas christianæ religionis ætates, præsertim fortitudinis merito et martyrum gloria, in memoriam revocant ; at contra mœrore et angore conficimur, cum malorum nequitiam ad incredibilem et prorsus alias insuetam impietatem pervenisse cernimus. Hoc flagitium, venerabiles Fratres, horremus referre, at pro Apostolici muneris officio silere non possumus.

Superba illa divinarum rerum neglegentia et despicientia, quæ primum fuit hominis, cæleste mandatum detrectantis, delictum et omnium noxiarum turbulentissimus est fons, hisce quæ volvuntur temporibus veluti virulentus morbus ubique ferme terrarum serpit sævitque ; præsertim vero in aliquibus regionibus, ob excitatam « adversus Dominum et adversus Christum ejus » [1] conspirationem innumera prorsus mala progignit : adempto siquidem Deo, hominem, spirituali dignitate exutum, corporearum rerum vile facit mancipium atque adeo quidquid est virtutis, amoris, spei, interioris vitæ pulcritudinis radicitus interimit : **loquimur de atheismo, quin etiam de odio Dei.**

Summa qua sunt impudentia, Dei nominis osores adiumenta et subsidia omne genus sibi arripiunt. Libri, commentarii, ephemerides, radiophonicæ undæ, comitia, publici cœtus et privata colloquia, disciplinæ et artes, omnia iis præsto sunt, ut rerum sacrarum derisum evulgent. « Ascendit fumus putei sicut fumus fornacis magnæ, et obscuratus est sol et aër de fumo putei » [2]. Reputamus vero, Venerabiles Fratres, hic non contingere, quin inferni hostis machinentur insidiæ, cui proprium est odisse Deum et hominibus nocere.

Nihil igitur vobis et sacerdotibus ac fidelibus curæ vestræ commissis sit potius quam ut pro Dei nomine tuendo, quod trementes angelicæ verentur potestates, excitetur certatio. Elato S. Michaëlis Archangeli signo, illa iterata conclamatione : « Quis ut Deus ? » supernæ maiestatis conviciatoribus opponite strenuissimam voluntatem Dei nominis asserendi, amandi, prædicandi.

Quod qui hujusmodi despicatione lacessunt, non s lum horrendi flagitii rei sunt, quia « odium Dei maxime est peccatum in Spiritum Sanctum » [3] et in gravissimas pœnas subeundas eos adurget, sed perquam ingratos gerere animos apertissime apparent. Quid enim magis necessarium et salutare quam adorare et colere Deum ? Nostra animi et corporis compago, dotes animi et vires ex Eo nobis profluunt ; lumen solis, aër, fructus terræ, alimonium, suavitates vitæ et, quod majoris momenti est, cælestis gratia, sanctitudinis subsidia, veritas, salus ex Eo sunt : omne nostrum bonum Ejus est donum.

« O quam bonus et suavis est, Domine, spiritus tuus in omnibus » [4]. « Tu autem Deus noster suavis et verus es, patiens et misericordia disponens omnia » [5]. Ipse non est procul ab unoquoque nostrum : « In ipso enim vivimus et movemur et sumus » [6]. Sapientissimus et miserentissimus est, cum blandiendo consolatur, cum flagellando emendat. Quoties autem punit nos, juste patimur, nam « digna factis recipimus » [7] ; et ipse dolor, superno

[3] Cic., *De Nat. Deor.*, III, 40.

[1] Ps. II, 2.
[2] Apoc., IX, 2.
[3] S. Thomas, *Summa Theol.*, IIa-IIae, q. 34, art. 2, ad 1.
[4] *Sap.*, XII, 1.
[5] Ibid., XV, 1.
[6] *Acta Ap.*, XVII, 28.
[7] Luc., XXIII, 41.

providente consilio, disciplina virtutum et fecunda sempiternæ felicitatis fit seges. Cui vero Deus est hereditas et possessio, paulula res sunt prosperæ aut adversæ fortunæ et, Eo non amisso, nihil est censendum amissum.

Est aliud præterea, quod amor Dei salutare hominibus gignit, dum, contra, calamitosa eventa Ejus aversatio maturat. Quis non formidet et non horreat simultates, discordias civium, bellorum conflictationes, quæ in posterum, novorum telorum vi, quam maxime exitialia erunt ? Hæc ut arceantur, salutamus et laudamus incepta, quæ eo vergunt, ut civitates majoribus semper conjunctionis vinculis fœderatæ coalescant.

Id autem, facile ruinosum, in labili arena fundatur, nisi fraternæ omnium necessitudinis sensus ubique terrarum vigeat et, sanctam firmamque reddendo mutuo datam acceptamque fidem, fulciat pactiones, societates consolidet. Atque experientia et usu hoc verissime constat homines non sentire se invicem fratres, nisi ii sentiant se omnes eodem prognatos esse Patre. Dempta reverentia Summo legifero et judici Numini, fas et nefas nuda sunt verba ; morum lex pessumdatur ; si nihil metuendum est, quidquid est insolentiæ audet et patrat avida nequitia ; in mutuas cædes belluarum ritu corruunt homines, quibus frui voluptatibus et sævire unum et miserrimum oblectamentum. Proficit siquidem nobis quod servit Deo. In puræ igitur conscientiæ aula summa contentione et cura Dei præsentis et amantis numen colatur, cum hoc sit augescentis virtutis et præclari profectus iter, ut ab externis rebus ad interiores transeamus et inde ad supernas, non discessuri, ascendamus.

Suavissima illius præsentia repleatur memoria, collustretur intellectus, jucundetur animus, roboretur ad pure, actuose, pie agendum voluntas : « nosse enim te (scilicet Deum) consummata justitia est » [8]. Omnibus qui a justitiæ viis deerrant, prece, sermone, opere et præsertim vita, in qua paternæ bonitatis imago relucescat, incitamenta adhibenda sunt, ut suas culpas expient et eluant. Recogitent peccatores ad mitissimum patrem « qui prodigum filium revocat et post inopam pœnitentem libens suscipit, immolat vitulum præopimum, convivio gaudium suum exornat. Quidni ? filium enim invenerat quem amiserat, cariorem senserat quem lucrifecerat. Quis ille nobis intelligendus pater ? Deus scilicet : tam pater nemo, tam pius nemo » [9]. Qui pollet fide et religiosæ vitæ opibus ditescit, debet hæc bona, quantum fieri possit, et cum ceteris communicare.

Ut hoc religionis studium vehementius excitetur et conviciatorum Dei scelestæ impietati, qua nostra ætas coinquinatur, vallum et remedium parentur, adjumentum habemus validissimum. Quid non possunt preces ? Quid non potest oratio, quæ Christi nomine ab animo innocenti vel pænitenti funditur, quæ fiduciæ robore vigescat, bonorum operum pompa comitata ? « Oratio murus est fidei, arma et tela nostra adversus hostem, qui nos undique observat » [10]. At quidquid ad religionis obsequium et observantiam spectat cedit Eucharistico Sacrificio, quod incruente perpetuat cruentam immolationem Christi in patibulo crucis ejusdemque in homines uberrimos salutares fructus derivat. Cælestis æternusque Pater colitur, propitiatur, placatur pretioso insontis Agni sanguine, cujus vox efficacior est voce innocui sanguinis Abel et omnium justorum, cum is sit infinita dignitate et virtute præditus : a nobis enim assumptus pro nobis ad ipso Dei Filio offertur, pacis et reconciliationis

[8] *Sap.*, XV, 3.
[9] Tertullianus, *De pœnit.*, 8 : *M. L.*, I, 1353.
[10] Tertullianus, *De oratione*, XXIX : *M. L.*, I, 1304.

nostræ effector, inexhaustus cujuslibet superni muneris dator. « **Quando culpis provocamus — Ultionem Judicis — Tunc loquenti protegamur — Sanguinis præsentia — Ingruentium malorum — Tunc recedant agmina** » [1]. Idem sacrificium « vere propitiatorium » [2] efficaciter peragitur « pro peccatis, pœnis, satisfactionibus et aliis necessitatibus » [3].

Quodsi igitur immanis culpa est atheismus et odium in Deum, quo præsens sæculum contaminatur et propter quod haud immerito formidandas pœnas præmetuit, lavacro Sanguinis Christi, quem Calix Novi Fœderis continet, diluere possumus exsecrabile crimen et hujus consectaria, implorata sontibus venia, abolere ac magnificum Ecclesiæ parare triumphum.

Hæc Nobis cogitantibus et Nobiscum animo volventibus hoc opportunum visum est vobis et sacerdotibus cunctis permittere vosque ipsos hortari, ut die dominica de Passione hujus anni alteram Missam. quæ erit votiva pro remissione peccatorum, ad mentem Nostram celebretis, nisi ea ad mentem Episcopi vel pro populo sit peragenda. Qui vero quavis ex causa hujusmodi privilegio non utentur, Missam ejusdem diei dominicæ celebrabunt ac saltem supra explicata optata Nostra in eucharistico sacrificio enixe Deo commendent. Christifideles autem, qui pro mutua mystici Corporis Christi membrorum conjunctione tristia lætave Ecclesiæ semper participare debent, a vobis arcessiti, quam plurimi eadem dominica die altaria circumsæpiant atque, causæ gravitatem et momentum æque perpendentes, flagrantiore studio Deum obsecrent orentque ac se, conferto agmine, cælesti dape reficiant.

Neque dubitamus, quin quod petimus incensissima cum religione et pietate omnes facturi sitis ac Deo simul adhibituri sitis supplicationes et vota, ut, ablatis noxiis, ad communia pacis vota feliciter implenda, cælestis caritatis aura in Christo renovet omnia. Valde demum confisi fore, ut optatis Nostris satis libenter fiat, vobis atque dilectis sacerdotibus et fidelibus, vestræ vigilantiæ concreditis, qui proposito a Nobis munere fratrum amatores se exhibebunt, Apostolicam Benedictionem, superni auxilii pignus, impertimus.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum die 11 Februarii anno 1949, Pontificatus Nostri decimo.

PIUS PP. XII

IV. CONSTITUTION APOSTOLIQUE. — 20 mai 1948. Une partie de l'archidiocèse de Bombay formera le nouveau diocèse de *Karachi*, dont l'église *St-Patrick* sera la cathédrale ; ce diocèse sera suffragant de Bombay.

V. LETTRES du Pape. — 1° 4 décembre 1948. Au T. R. P. Milwaukee, Ministre général des Capucins.

LETTRE

AD REVMUM P. CLEMENTEM A MILWAUKEE, ORDINIS FRANCISCALIUM CAPULATORUM MINISTRUM GENERALEM : DE APOSTOLATU AB EODEM ORDINE PROVEHENDO.

PIUS PP. XII

Dilecte Fili, salutem et Apostolicam Benedictionem. — Quemadmodum tibi tuisque, coram admissis, significavimus conventu vertente ex fere universis provinciis vestris Romæ celebrato, haud mediocri Nos solacio afficimur, dum vos cernimus impense diligenterque allaborare, ut Institutum vestrum, quod jam decursu tem-

[1] Hymnus in primis Vesperis Festi Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C.
[2] Conc. Trid., Sess. XXII, cap 2.
[3] Conc. Trid., Sess XXII, cap. 3.

poris, sive ad religiosæ vitæ perfectionem contendens, sive apostolatus operibus se dedens, tantopere se probavit, majora usque ac latiora incrementa capiat. Hæc autem apostolatus opera, ut probe nosti, non tam opportuna, quam omnino necessaria hac nostra ætate videntur. Non modo enim frequentiores habeantur oportet ac sollertiores Evangelii præcones, qui apud incultas christiana sapientia gentes Jesu Christi præcepta ejusque paciferum Regnum cotidie magis propagent, sed in patria etiam cujusque sua ; iis nempe in regionibus quoque, quæ jam diu Religione fruuntur civilique humanitate a Divino Redemptore data. Norunt siquidem omnes in non paucis civium ordinibus christianam fidem ita languescere, ut supernarum rerum tædium ac neglegentia quædam sæpius occupet animos. Ex una parte, qui divitiarum copia affluunt, nihil aliud sæpenumero, quærunt, quam voluptatibus se dedere totos præsentisque vitæ suavitatibus ; ex altera vero, qui rerum inopia anguntur, et sudore laboreque debent mancum sibi familiæque suæ comparare panem, allicientibus pollicitationum doctrinarumque fallaciis ab Ecclesia abalienantur, quasi eadem miseram eorum sortem ignoret ac neglegat ; dum contra eo contendit omni ope ut non modo eorum mentes veritate collustret, non modo ut cælestium rerum spe ac solaciis eorum animos relevet, sed etiam — quantum in sua facultate est — ut præsentis eorum vitæ necessitatibus consulat. At in salutari ejusmodi magisterio et opera prorsus necesse est ut Ecclesiæ ne desint qui actuosa generosaque navitate sua eam adjuvent. Id postulant præsertim ingentes proletariæ plebis multitudines, quæ, ob asperiorem rerum indigentiam et ob demissam animorum culturam, facilius fucata specie falluntur, ac nimio sæpius ex recto veritatis itinere, summo cum Religionis ac Civitatis discrimine abstrahuntur.

Jamvero Franciscales Capulati id semper, inde ab originibus, peculiare sibi habuerunt propositum, ut in tenuioris populi bonum apostolatus caritatisque incepta susciperent. Cur igitur in præsens evangelicam hujus generis operositatem studiosiore quadam alacritate non adaugeant, dum in immensum succrescunt necessitates ? Id ut agant, hæc nostra tempora efflagitant, non modo in templis — ad quæ sæpenumero qui majore in necessitate versantur non accedunt — sed etiam, quotiescumque eis ut sacerdotibus facultas datur sacri explendi ministerii, in agris, in officinis, in fabricis, in valetudinariis, in carceribus, inque mediis opificum agminibus, fratres fratribus facti, ut omnes Christo lucrifaciant. Apostolicum sudorem suum operariorum sudori misceant ; eorum mentes ab errorum tenebris liberent et ad lucem erigant ; eorum animos, odio interdum simultateque exulceratos, pacare enitantur divinaque perfundere caritate. Ac nominatim eos luculenter edoceant Catholicam Ecclesiam veracem esse eorum matrem, quæ non solum sempiternæ saluti consulere exoptat, sed miseram etiam eorum sortem non fallacibus doctrinæ commentis, non turbis, non vi, sed justitia, sed æquitate, sed amica in civium classibus inita concordia, ad meliorem elatioremque statum adducere.

At imprimis opus est eos ad christiana præcepta conformare, ad Religionem rite colendam, ad frequentanda sacramenta, ad optimosque mores privatim, publice redintegrandos adhortari ; nam, ut nostis, Evangelii neglecta veritate, eaque posthabita virtute ac vitæ forma, ad quam Divinus Redemptor mortales omnes revocavit, labant, vacillant omnia, ac serius ocius miserrime corruunt. Hoc agite igitur nullis parcentes laboribus et inflammato divina caritate animo ; medias ingredimini multitudines pacis sequestri, veritatis magistri, pietatis sancti simæque Religionis altores. Omnibus in exemplum prælucete, ut facilius vobis, atque adeo Jesu Christo, eorum concilietis animos. Ita enim, superna afflante juvanteque gratia, fiet ut majorum vestrorum præclara et sancta æmulantes gesta, uberiores usque percipiatis salutis fructus.

Verumtamen hoc vobis persuasum atque perspectum esto ob impensiora ejusmodi suscipienda apostolatus opera, quæ a vobis etiam nova postulat ætas, neutiquam debilitandum esse, neque funditus immutandum religiosæ vitæ vestræ institutum ; quod potius oportet ita evangelico imbuatur ac conformetur spiritu, ut consentanea omnes paupertate niteatis, suavi simplicitate humilitateque præstetis, utque potissimum austera ex translaticio more vestro contineamini disciplina, quæ sacrum tamen non præpediat ministerium, sed expleti officii conscientia supernaque lætitia temperetur ; itemque ut seraphica illa erga Deum, erga proximos ardeatis caritate, qua Patriarcha Asisinas per totius suæ vitæ cursum æstuavit. Hac solummodo servata ratione, et pietatis interiorisque vitæ ardore cotidie magis adaucto, externa incepta vestra divinam illam poterunt vim haurire, quæ terrenas omnes difficultates evincat ac feliciter exsuperet.

Hoc vobis optamus ; ad hoc actuosa voluntate suscipiendum provehendumque paterno vos adhortamur animo, dum necessariam vobis cælestem opem a Deo suppliciter imploramus.

Cujus quidem sit auspex ac conciliatrix Apostolica Benedictio, quam, peculiaris benevolentiæ Nostræ testem, cum tibi, dilecte fili, tum universæ franciscalium Capulatorum communitati effuso animo impertimus.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum die IV mensis decembris, anno MDCCCCXXXVIII, Pontificatus Nostri cimo.

PIUS PP. XII.

— 2° 8 décembre 1948. Au cardinal Innitzer, archevêque de Vienne, dont la cathédrale St-Etienne vient d'être rendue au culte. — 3° 15 décembre 1948. A Mgr Perosi qui va célébrer le cinquantième anniversaire de sa nomination de maître de chapelle, à la Sixtine, par Léon XIII. — 4° 24 décembre 1948. A S. Exc. Mgr Mac Nicholas, archevêque de Cincinnati, président de la « National Catholic Welfare Conference », pour le remercier des secours aux émigrants et autres malheureux. — 5° 6 janvier 1949. Au card. Micara, préfet de la S. C. des Rites, légat au Congrès eucharistique de Cali (Bolivie).

VI. ALLOCUTIONS. — 1° 16 février 1949. En réponse à l'adresse du Corps diplomatique protestant contre l'inique condamnation du card. Mindszenty (Texte français). — 2° 20 février 1949. A la foule venue exprimer sa vénération et son amour au Saint-Père sur la place St-Pierre. (Texte italien).

L'Eglise ne peut périr, si violentes que soient les tempêtes ! « Elle donne à César ce qui lui revient suivant le droit, *mais elle ne peut trahir ni abandonner ce qui est à Dieu.* »

« Le Pape a les promesses divines ; même dans sa faiblesse humaine, il est invincible et inébranlable ; héraut de la vérité et de la justice, principe de l'unité de l'Eglise, sa voix dénonce les erreurs, les idolâtries, les superstitions, condamne les iniquités, fait aimer la charité et les vertus. » (Trad. franç. dans *Doc. Cath.*, 13 mars 1949, col. 321-324. — On trouvera dans la *Doc. Cath.* du 27 février 1949, une trad. franç. de divers documents relatifs au card. Mindszenty).

VII. MESSAGE radiophonique. — 30 janvier 1949. Au Congrès eucharistique de Cali en Bolivie. (Texte espagnol).

S. C. Consistoriale

Excommunication de tous ceux qui ont contribué à la condamnation du cardinal Mindszenty [1].

DECLARATIO

